

INSTAVRATIO ANTIQVI
EPISCOPORVM
PRINCIPATVS,

ET RELIGIOSÆ ERGA EOSDEM
Monachorum & Clericorum omnium
obſervantiæ.

CVI PRÆMISSA EST CONFUTATIO
rationum quas Sorbonicæ censura obiecit
SPONGIA.

Per N. LE MAISTRE è familia Sorbonica
socium, & S. Theologiæ licentiatum.



Handwritten signatures and notes in cursive script, including names like 'D. de la Harpe' and 'J. G. de la Harpe'.

PARISIIS,
Apud GVILLELMVM PELE', viâ Iacobæâ sub
figno Crucis Auræ.

M. DC. XXXIII.
Cum Privilegio Regis, & Approbatione Doctorum.





EMINENTISSIMIS
CARDINALIBVS,
ILLVSTRISSIMIS

Archiepiscopis, Episcopis,
Venerandis Sacerdoti-
bus, totique Gallia-
rum Clero.



Ndignantis orbis censurâ
obruui iustissimè pertimes-
cerem (Religiosissimi An-
tistites) si rudi scriptione
styloque famæ nutantis & publici
nondum applausus securo, laceffitæ
Episcoporum Maiestati tutelam
promitterem, quàm necesse est
Ordines Ecclesiæ, & literatorum
hominum vniuersos à vobis emere-
ri. Verùm ad Magnitudinis vestræ



ANALYSIS

SEV

CONFUTATIO RATIONVM

QVAS SORBONICÆ CENSVRÆ

Spongix auctor obiecit.

P R Æ F A T I O.



PONGIA Oceani mucus & vile
vndarum excrementum, quamdiu
sospes ac incolumis naturæ suæ re-
linquitur, in ignobile tantum su-
gendarum sordium munus accommodata,
vnâ sui perniciæ, charior redditur, atque æsti-
mator: Ex eius namque crematæ cineribus, sa-
luberrimum fieri, ad fluentis sanguinis com-
pressionem, medicamentum, Dioscorides Au-
thor est, qui eandem vltam, oculorum siccitati-
bus humore benefico temperandis, vtilissimè
pronunciat adhiberi, οὗ δὲ πρὸς κέρους τοῦ ἀ-
νοήτου ἀποζωοτ. &c.

Lib. 5. cæpi.
138. al. 92.

Eam Spongix naturam, ne nomen solum ob-
tineret, Læmelianus liber studuit imitari: Nam

A



INSTAVRATIO ANTIQVI EPISCOPORVM PRINCIPATVS

& auitæ Monachorum obseruantia.

PRÆFATIO.

In quâ continetur, causæ totius Dialectica disceptatio.



Hoc debent nostræ ætatis vitio & perditis sæculi moribus delicati scriptores, quòd dum inertes fabulas & ingeniosa amorum machinamenta mellitis condiunt sermonibus, clari hominum præconio ac laudatione floreat, & magnos inter Oratores, ab iis quorum sordes & scelera dicendi floribus gratiora fecerunt, non ægrè obtineant numerari.

Nulla huic scriptionum generi adhibenda Præfatio, vbi facundiæ comptioris aucupio delinita, libidinum artem docetur puellaris integritas, vbi mentis castitatem amittit dum linguæ nitorem affectat, & luctuosâ pudoris iacturâ, discit turpissimè viuere, dum quærit purius loqui.

Vna, austero & insuauis garritu, graue aliquid



LIBER SECVNDVS,
DE PRIMA EPISCOPORVM
IN ECCLESIA CVNABVLIS
origine, auctoritate, splendore,
necessitate, & summo in
omnes Clericos
dominatu.

P R O E M I V M.

INGENIOSI est artificis magna-
rum rerum tentare compendia, nec
imperitorum est immensi corpo-
ris molem picturæ brevioris finibus
includere egre stylum & tabulâ sub-
eunt, quæ sui magnitudine animi imbecillitatem
superât, nec facile est in magnis argumētis cum fa-
cundia & ornatu versari, quæ suo splendore men-
tis aciem obruunt, neque possunt accuratâ cogita-
tione comprehendi. Inde nobis metus & formidi-
nis occasio: dum omni titulorum gloriâ, omni no-
minum fastu maiorem Præsulum dignitatem, cuius
meritum vix Angelis patet, solius Dei (à cuius salu-



LIBER TERTIVS,
DE MONACHIS STATIM POST
pacem Ecclesiæ datam.

CAPVT I. DE AVGVSTINO.

P R O O E M I V M.



OMMUNE est Rhetoribus & iis, qui de Heroum Encomio magnificè differunt, vitium, vt dubia plerumque & incerta laudis argumenta, magnis conatibus aduehant, vbi veræ & constantis famæ materia luculentior affluit atque exundat: faciuntque hoc pacto iis in quorum ornamento versantur iniuriam: Nam dum eorum nomen fallacibus titulis, quasi fucis & pigmentis quibusdam imbuunt, censetur vera & natua defuisse pulchritudo.

Nemo stellarum aut syderum lucem soli optat, ac exposcit, quem suus tam præclare splendor



LIBER QVARTVS,

De variis dotibus Monachorum &
Clericorum, ac eorumdem inter
se comparatione.

SECTIO I.

De Celibatu.

*De natura Monachatus, & an in professione consiliorum
Evangelicorum eius essentia consistat.*

CAPVT I.



EMVLARI Charismata meliora
Christianissimè monet Paulus:
habet enim innocentes pugnas
ambitiosa sanctitas, quibus se
exerceat: & vt vitiis certare fla-
gitiosum est: ita, & contentione
vitæ purioris æmulari, maxima est viuidæ atque
adultæ virtutis significatio. Peccat, quicumque in